



## DIOCESE OF HONG KONG

BISHOP FRANCIS C. P. HSU  
香港教區主教徐誠斌

Fac. no. 42/69

Ad normam iuris atque iuxta mentem Sacrosancti Concilii Vaticani Secundi, necnon de necessitate hodierna in hac nostra dioecesi de Hong Kong, ut Curia nostra revera fiat "aptum instrumentum" administrationis ac operum apostolatus (cf. Vat. II, Decr. "Christus Dominus", no. 27),

NOS per praesentes facultatem delegandi facultates generales celebrandi, fidelium confessiones audiendi atque verbum Dei praedicandi Cancellario et Vice-Cancellariis nostrae Curiae libere concedimus, adeo ut valeant:

a) easdem omnibus in casibus, sine recursu ad Episcopum eiusve Vicarios Generales, omnibus et singulis sacerdotibus utriusque cleri iis indigentibus subdelegare, et

b) confessarios Religiosarum, sive ordinarios sive extraordinarios, necnon praedicatorum "Exercitiorum Spiritualium" omnes, ab ipsis Religiosarum superioribus praesentatos, pro sua prudenter ac iudicio confirmare et iisdem facultates a iure requisitas tribuere.

Has vero facultates ad nutum Ordinarii concedimus.

Datum Hong Kong, ex Aedibus nostris,  
die 1 Septembris 1969.

*Francis Hsu*  
+ F. Hsu,  
Episcopus Hong Kong.

CATHOLIC MISSION, 16 CAINE ROAD, HONG KONG - CABLE: CATHOLIC, HONG KONG - TEL. H-232487  
CATHOLIC CENTRE, P. O. BOX 2984, HONG KONG - TEL. H-220486, 221071

1969年9月1日徐誠斌主教准許教區內各神父可舉行禮儀、聽取告解及講道